





500. 7N.  
1750, 29<sup>a</sup>

DE  
**DOCTRINA  
PRVDENTIAE CIVILIS PV-  
BLICAE IN ACADEMIIS,**

---

PRO LOCO

I N

AMPLISSIMA FACVLTATE PHILOSOPHICA

OBTINENDO

AD D. 30 SEPTEMB. A. MDCCCL.

PRIMVM

D I S P V T A B I T

M. GOTTLIEB SCHVMANN,  
GORLIC. LVSAT.

---

LIPSIAE,

APVD GEO. WILH. POUILLARD.

A 1027

VERGILIANA

COD. 65

ANTEPPICTUS

A

MONSIEUR  
LE COMTE  
HENRI ADOLPH  
DE REDER,  
BARON DE KRAPPIZ, ET SEI-  
GNEUR DE BERG &c.

MONSIEUR

LA SCENE

PARISIENSIS ET  
SCENICUS

PARISIENSIS ET  
CENTRALIS

## MONSIEUR,



*S*ous quelque idée que Vous vous offriez à mon Esprit Vous me paroissez digne d'elo-  
ge. Votre merite personnel est distingué par  
les lumières de l'Esprit et la Droiture du coeur, par les ma-  
nieres aimables qui Vous gagnent les coeurs, par la grandeur  
d'ame, qui Vous caractérise, par l'application infatigable aux  
Etudes qui Vous menent aux affaires d'Etat. Voilà, MON-  
SIEUR des Objets suffisans pour Votre Panegyrique: Mais le

sentiment de mon insuffisance me fait renoncer à une telle entreprise. Ce qui m'est permis d'étaler ici, ce sont les généreux et constants sentiments de bonté dont Vous avez daigné m'honorer pendant Votre séjour à Leipzig. Ce n'est pas MONSIEUR par un jugement trop flatteur pour mes talens que je Vous dedie cet essai d'une carrière que nous avons courue avec plaisir. C'est uniquement le désir de VOUS donner une preuve publique de ma reconnaissance et du dévouement infiniment respectueux avec lequel je suis

## MONSIEUR

Le Vôtre,  
GOTTLIEB SCHVMANN.

CONSPECTUS  
DISSERTATIONIS.

- §. I. Doctrina academica variis obnoxia est iudicata.
- §. II. Quod et Doctrinae de Prudentia ciuili publica accedit,
- §. III. Quid sit Doctrina prudentiae ciuilis publicae.
- §. IV. Indoles Prudentiae ciuilis publicae exponitur.
- §. V. Ambitus illius in sensu latiori declaratur:
- §. VI. Ut et in sensu strictiori.
- §. VII. Quaestio incidens de differentia huius Doctrinae a reliquis, et de Facultate ad quam proprietatem eius tractatio spectat discutitur.
- §. VIII. Necesitas et utilitas huius Doctrinae in Academiis vindicatur.
- §. IX. Obiectiones contra hanc doctrinam motae diluuntur, et quidem I. quoad docentes.


§. X.

§. X. - II. quoad Doctrinam.

§. XI. - III. quoad Methodum.

§. XII. Iudicium de quibusdam nouis institutis extra Academias ratione Doctrinae politicae.

§. XIII. Quaedam Consectaria ex his principiis proponuntur, & nonnulla impedimenta quae huic doctrinae in Academiis obstant recensentur.





Q. D. B. V.

§. I.

Magnus quidem hodie ingeniorum prouentus, nec nullum doctrinæ genus existit ingenuis liberalibusque animis dignum, quod Academiæ non euehant et ornent. Grandes tamen quandoque audiuntur querelæ de eo, quod iuuenes, flos atque ipses Patriæ, his sapientiae palaestris egressi, cum ad rerum argumenta tractanda nunc accedant, in alium quasi orbem delatos se existiment, et ea non raro ignorent, quae ad vitae civilis usum faciunt a. Vnde profluat ista fundi nostri calamitas, et quo iure, quave iniuria hæc moueantur querelæ excutere, nec instituti ratio permittit, nec inuidia res caret.

A

Occur-

- a) Legas modo quae hac de re, non infima plebs, sed præstantissimi et πολιτικῶτατι Patriæ nostræ Viri, monuerunt, in literis ad ill. MOSERVUM datis, quæ extant, *in der wiederholten Nachricht von einer Staats- und Canzely-Academie* à p. 28 - 39.

Occurrunt vtique et docentium et discentium lapsus, non exagitandi tantum, sed et serio emendandi. Caute tamen in Academis earumque doctrina accusanda procedendum, nec temere sententiam pronunciandam, nec institutis imputanda esse quae hominum sunt vitia, iure existimo.

### §. II.

Quae omnia, vti exemplis ex vniuerso scientiarum campo petitis comprobari possent, ita nonnulla hoc loco de Historiarum, Prudentiae civilis et iuris publici studio monenda essent. Feruet egregie harum literarum in Germanorum Academis cultura, variis tamen ea excipitur iudiciis, nec defunt qui existimant, quod in tanto earum flore docentes aequae ac discentes haud raro a vero aberrent scopo, pauci ad metam pertingant.

Quas dum tacite mecum reproto querelas, dignum hac cathedra argumentum mihi visum est, nonnulla de *Doctrina Prudentiae civilis publicae in Academis placidae Eru-ditorum disquisitioni submittere*. Arduum autem atque difficile cum sit arguimentum, nec cuncta quae de eo dici possunt complecti permittat commentationis academicae ratio; Praeterea cum Viri docti et vsu periti praecclare iam de ratione huius doctrinae egerint <sup>b)</sup>; de eo nunc tantum

b) Sie v. g. Varia huius generis colligit olim et *inclusum edidit*, H. CONRIN-GIUS, de studio politico bene instituendo egit quoque BOECLERVS in Epistola ad OTTONEM GROOTEN. Bibliographiae historico-politico-philologiae praemissa, SVLPTITIVS vel potius J. G. CULPISIVS de studiis academicis iuueniis nobilis rite ordinantis quoque egit; et ampliore adhuc apparatu J. H. BOSIVS in eleganti de comparanda Ciuii prudentia libello. E recentioribus nonnulla huc spectantia extant, apud Autorem der Klugheit zu leben und zu herrschen, in 8v. p. 12 seq. mo-SERVUM in der Anleitung zum Studio iuris junger Standes und anderer Personen p. 104 seq. et ANONYMVM GALLVVM qui scripsit: Essai sur l' Education de la Noblesse, T. II. p. 280 seq. edit. Parif. d. a. 1748.

tantum sollicitus ero, vt temporum nostrorum ratione habita, faciem praesentein huius doctrinae quodammodo adumbrem, illam quando opus est vindicem, et quae longa dies et multiplex usus me hac in arte docuit subinde inspergam, et eruditorum disquisitioni ac censurae submittam. Non ambitiose conquisitis autorum testimoniis, doctrinae ostendandae causa, pugnabo; ea tantum afferam quae ad firmandas rationes meas facere videntur. Libera caeterum, quae Republicae literariae adhuc est felicitas, modesta tamen voce, in hac disceptatione utar. Faxit Deus feliciter quo et haec scriptio cedat in ipsis gloriam, proximi, nostrumque emolumen-  
tum!

## §. III.

Iam autem ante omnia declarandum esse existimo, quid per doctrinam prudentiae civilis publicae in Academiis intelligam. Varia enim huius vocis est notio, adeo ut hodie nonnulli omnes illas scientias sub ea complectantur, quibus opus est illis qui ad ciuilia negotia tractanda animuni adpellant. Hinc et omnis Philosophiae practicae, Historiarum, Iuris Naturae et Gentium et publici studia vna cum iis-quae proprie ad Politicam spectant hoc transfrunt. Alii vero in sensu strictiori per prudentiae ciuilis publicae doctrinam illam tantum Prudentiae partem intelligunt, quae expendit quomodo per media maiestatica ciuitatis salus prudenter promoueri possit. Quae significatio cum nostra aetate, qua singulare discipline curiosus distingui ceperunt, cum et frequens sit, et instituto nostro conueniens, ea quoque ut plurimum utar, ita

A 2

tamen,

c) Apud Graecos accipiebatur generaliter pro illa disciplina quae actius Oeconomicam, Ethicam, Rhetoricam sub se complectitur. Romani addebant Iurisprudentiam. Vid. HERTII Elem. Prud. civ. §. 3. p. 5 seq.

tamen, ut subinde ad alteram quoque respiciam. Per Prudentiae ciuilis publicae in Academiis doctrinam, illam itaque intelligo *status publici scientiam, cuius ope non solum belli pacisque negotia, rationes, et consilia intelligimus, et diudicamus; sed et animus ira praeparatur, ut data occasione in ipsis rerum argumentis prudenter et viriliter versari possit.* Vtrumque itaque doctrina nostra complectitur et Theoriam et Praxin, quarum alteram haetenus neglectam fuisse conqueruntur plerique.

## §. IV.

Facile ex his quae diximus *indoles doctrinae* coniiciuntur, quippe quae ita comparata est, ut ad eos potissimum spectet, qui vel nascendi sorte, vel suo parentumve voto ad Reipublicae gubernacula aliquando destinantur, et in publica administratione cum laude versari volunt. Reliquis tamen in priuata conditione constitutis insignem quoque operam praestat hoc doctrinae genus. Omnibus nimirum ut lura, officia, curas Principum rite ponderare, bonique ciuis pro temporum ratione officium explere addiscant. Inter eruditos JCtis in primis prodest haec doctrina, ut statu qui Legibus regitur accurate cognito, in prudentia consultatoria, iudicaria et legislatoria probe versentur. Historicis autem haec doctrina illud praestat, ut iustus ex fastis & rerum narrationibus capiatur fructus, et historia ab illis λεπτολογίαις quibus quandoque scatet, purgetur et vere fiat pragmatica. Ea porro huius doctrinae est *indoles* ut praeter animi bonitatem<sup>d</sup> et doctrinam ex institutione libris et conuersatione

ne

d) Praeclare de animi doctibus quibus instruens esse debet, qui ad ciuilia negotia animatum adiicit, egit *de la Savaz du Franquesnay* in eleganti libello qui sub titulo: *Le ministre public*, Amstelod. 1731. 12. prodidit a p. 138 - 185.

ne hauriendam, ingenium desideret practicum, quod ci-  
vile vocant, et usum praeterea rerum. Quae tria quan-  
do concurrunt perfectam demum efficiunt doctrinam  
politicanam qualem ciuitatis et aulae negotia postulant.  
Ast quia plerumque in Academiarum umbra non con-  
cessum sit, ut in uno homine tria haec sororio vinculo  
connexa reperias, hinc graues illae de prudentiae civilis  
publicae doctrina doctoribusque academicis querelae,  
et ut in omni doctrina inter dogmaticos et pragmaticos  
exagitationes. Tandem ea quoque huius doctrinæ est  
indoles, ut quia tota in agendo consistit, ab uniuersalibus  
statim ad singulare tendat; quod olim iam vidit *Philoso-*  
*phus*, quando ait: οὐ εἰν τῶν καθόλων μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ  
τὰ καθ' ἔκαστα, γνωρίζειν, πρακτικὴ γαρ οὐ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ  
καθ' ἔκαστα, διὸ καὶ εἴναι ἐκ εἰδότες, εἴναι εἰδότων πρακτικώ-  
τεροι, καὶ εἰ τοῖς ἀλλοῖς οἱ ἐμπειροι. Profluxit inde procul du-  
bio illud, in quo ab aliis reprehensus est: τῆς πολιτικῆς ὡν  
ἔτειν οἰκείος ἀναστήσει νέος f: addita ratione, ἀπειρος γαρ τῶν  
κατὰ βίου πράξεων g.

## §. V.

Satis de *indole*, ad *ambitum* progredior, qui late patet  
factum inde est ut nonnulli, quod iam monui, pruden-  
tiam

A 3

tiam

e) L. VI. Ethic. Nicom. c. 8. Neque uniuersalium tantum prudentia est, sed  
opus est ut singula etiam cognoscatur, est enim actua et actio circa particu-  
laria versatur. Hinc fit ut nonnulli nescientes nonnullis scientibus  
sint actuofiores, et in reliquis qui sunt usum periti.

f) L. I. Ethic. Nicom. c. 3. Politicas domesticus auditor non est iuuenis.

g) Est enim actionum que in vita versantur imperitus: quod effatum rationib-  
us prolixie defendit MEIKRVS in Anal. ac Exposit. Arist. Eth. ad  
Nicom. p. 25 seq. Cacterum de recta et solida institutione etiam in iu-  
ventute ad vitæ ciuitatis officia egit cl. VOCKERODT in Consultat. de  
civ. prud. studio.

tiam ciuilem publicam in laxiori significatu adeo exten-  
dant, vt omnes illas scientias sub ea complectantur,  
quibus opus est iis qui publicis negotiis se immer-  
gere volunt. Designarunt alii varie hunc ordinem, mi-  
hi in ipsa praxi placuerunt ea, quae ill. SCHMAVSIUS  
recte hac de re monuit, quando ait<sup>h</sup>, vt solidam status  
publici Europaei notiam consequaris opus est, vt intelligas I. *Iuris Naturae et Gentium principia*, cum *Iuribus et Praetensionibus Principum*, doctrinam de natura et obliga-  
tione foederum et conuentionum, *Iura Legatorum*,  
modum tractandi negotia publica. II. *Principia pru-  
dentiae publicae et artis regnandi generalia*. III. ex arte geo-  
graphica, situm et bona naturalia regionum Europaeorum  
IV. ex *Historia* illam quam *pragmaticum* vocant, quae no-  
vissima cum antiquis componit, *Praetensionum foederum*  
et conuentionum rationem habet. In primis autem ne-  
cessaria est belli ob successionem hispanicam, et illius in-  
ter gentes septentrionales conflati, addo et belli de  
Sanctionis pragmaticae formula gesti historia. Tandem  
V. opus est *ut fines et rationes* intelligas quas *Interesse* Prin-  
cipum vocant tam in genere, quam in specie; quae cognitio in interno et externo Ciuitatum habitu, in Com-  
merciis, viribus, defectibus cuiuscunq[ue] status fundatur.  
En late patentem disciplinarum et scientiarum campum,  
quem si sollicite decurras, in laxiori significatu pruden-  
tiam ciuilem publicam acquirere poteris.

## §. VI.

Sed dispiciendum nunc quoque de ambitu huius  
doctrinae in strictiori sensu sumtae. Merito tunc pro  
parte

h) in libello: *Einführung zur neuen Staats-Wissenschaft von Europa*, in 8.  
p. 7. Concordant cum his maxima ex parte quae habet de la Suraz  
du Franquesmay lib. cit. a p. 91 - 133.

parte Prudentiae habetur eiusque nexus, mea quidem fententia, optime ita demonstratur. Prudentia in genere est *habitus consultandi cum de fine in negotiis nobis proponendo, tum de mediis eligendis* i. Dispescitur Prudentia & quidem civilis in *politican et oeconomicam*, vtraque in *priuatam et publicam*. Prudentia civilis publica itaque ea est Prudentiae pars, *quae ex probe cogniti natura status ciuitatis salutem eius publicam mediis maiestaticis in salutem singulorum promouendi rationes demonstrat*. Diuiditur in *generalem et specialem*, quarum prior in omnibus ferme libellis philosophicis proponitur, altera vero e sphaera publica doctrinæ academicæ adhuc exulare dicitur. Utilessima porro est illa *Prudentiae civilis publicae diuisio in Prudentiam dominationis et imperii*, quarum illa *maiestati iura sua salua seruat*, haec ad *vilitatem Ciuitatis publicam adhibetur*. Porro quia *Philosophus Oeconomiam quoque ad prudentiam retulit*, hinc et eam hodie nonnulli cum principiis politicis conne<sup>c</sup>tunt, magis tamen eorum mihi placet methodus qui *Prudentiam oeconomicam publicam in Politica doctrina retinendam quidem existimant*; Oeconomiam autem priuatam ab ea seiungunt, ob argumenti amplitudinem. *Quo et spectare videtur nouum illud in quibusdam Academiis Professorum Oeconomiae institutum* k. Et quia supra demonstrauimus in definienda Prudentia civili publica,

Poli-

i) Sequimur hic maxima ex parte Principia Praeceptoris nostri b. RÜDINGERI, quae et in Systemate philosophico, et in libello: *Klugheit zu leben und zu herrschen*, in 8vo. propofuit, vt et illa quae excell. MÜLLERVS nostre, Philosophus vere pragmaticus, hac de re in Systemate philosophico, docuit.

k) Certant nostra actate laudabili prorsus conatu, et imitatione digno *Succorū eruditū* in excolenda Oeconomia priuata et ad vīsum publicum transferenda. Quid apud nos in hoc negotio agatur *Diaria illa-economica* quae frequenter nunc prodeunt, latē loquuntur.

Politicum ex probe cognita natura status ciuitatis, media promouendi salutem Ciuitatis depromere, hinc post magis excultas artes disciplina aliqua innotuit a Geographis et historicis quondam culta, quae sub *Notitiae Rerumpublicarum* nomine caput nunc extollit, quaeque in perspicientibus rationibus versari dicitur quibus singulae ciuitates reguntur<sup>1</sup>. Cum itaque haec scientia admodum coincidat cum prudentia ciuili publica speciali et specialissima, fieri omnino potest, ut si iusta eius instituatur cultura illa tandem pereat opinio; Prudentiam ciuilem publicam specialem e sphaera doctrinae academicae exulare. Sunt qui et alias prudentiae ciuilis publicae species effingunt; v. g. *Prudentiam publicam exemplarem*, quae ideam boni Principis, Legati, Consiliarii etc. repreäsentat; porro *Prudentiam publicam statifaciam*, quae extraordinaria et subita promouendae utilitatis media, vulgo *Coups d'Etat* dicta, expendit. Ast quia prior in prudentia publica generali, altera in prudentia publica dominationis commode pertractari potest, non opus esse existimo ut entia praeter necessitatem multiplicemus. Atque haec proprie ad ambitum prudentiae ciuilis publicae in sensu stricto spectare mihi videntur.

### §. VII.

Incidenter hac occasione prolabor ad quaestiones de differentia huius disciplinae a reliquis, et de facultate ad quam proprie eius spectat tractatio in Academiis.  
Differt

1) Vid. E.V. OTTONIS Notit. Rerumpubl. p. 1. Vindicias huius disciplinae contra NEMEZIVM scripsit cl. ASSMANNVS in Diff. Lips. a. 1735. habita, contra ill. CLAFEVVM cl. ACHENWALLVS in Diff. Göttingae a. 1748. proposita. Caeterum nondum adaequate docuerunt eruditii quid proprie per Notitiam Rerumpublicarum sit intelligendum, inique variant in designandis eius limitibus et fine.

Differt autem disciplina nostra omnino ab *Historia pragmatica*, quae quamvis etiam ad euentuum consilia et causas respiciat, rationes tamen generales et speciales quibus in regendis ciuitatibus utimur, non ex instituto expendit sed applicat. Porro disciplina nostra distincta est a *Iure gentium publico uniuscuiuslibet et particulari*, licet plerumque a scriptoribus politicis olim haec coniunctim proposita deprehendamus. Omnes enim hae disciplinae versantur quidem circa Civitatem eiusque salutem promouendam sed diuerso respectu, et quia manus adiutrices sibi invicem porrigit, facile confusio in iis enatur, in quibus tamen sunt distincta. Aliud enim est inquirere an aliquid *ius in statu* sit in Civitate h. e. an saluis Legibus fieri possit, aliud an sit *vitio* h. e. an conducat, et expeditat Reipublicae, et statui sit conforme; id quod ex regulis prudentiae vii alterum ex Legibus diiudicandum est<sup>m</sup>. Ad quaestionem inter *JCTOS* et *Philosophos* agitatem, quibus proprie Prudentiae ciuilis publicae tractatio competit? quod attinet: **BODINVS** quidem aliqui cum eo existimant *JCTOS* vnicce in hac doctrina ante signanos habendos, *Philosophos* vero ea in re plerumque esse fungos. Sed ineptiunt cum **BODINO** qui ita

B cenc-

<sup>m</sup>) Cacterum necesse est ut singula haec conjungat prudentiae ciuilis publicae cultor, quippe quae individuo nexus cohaerent.

\*\*) Inter quos et **HUBERVM** deprehendo, qui, ut nuper **KEVFELIUS** Prof. Helmst. in Programmate de *Momento Philosphorum in Civitate ad Huberum de Iure Civ. L. II. Sect. II. c. 5. P. 43.* docuit, existimat olim quidem egregium Philosphorum in Civitate vsum fuisse, quippe qui & facies praefuerint, et in condendis LL. ciuitatibus profuerint; sed hodie virumque pertinere vel ad Theologos vel ad *JCTOS*, hinc exiguum hodie Philosphorum in Civitate vsum esse. Sed falsam esse Huberi thesia ostendit strenueque vindicat *Philosophos* cl. **KEVFELIUS**.

censem. Non nego quod JCti qui plerumque in administranda Republica versantur, optima gaudent occasione in excolendo hoc studiorum genere, quod maximum quoque ipsis praestat usum, quare etiam *κατ' εξοχὴν Politici* vocari volunt. Sed id quoque negandum non est, quod haec ipsa doctrina a JCtis admodum frigide fuerit pertractata, quodque in interpretandis applicandisque LL. romanis magis ingenium exercuerint quam in politicis, quae non raro in collidis astutias quaesuerunt. Hinc quia illa, quae de Ciuitate ex rationis et Historiarum lumine disputari solent, more majorum plerumque in Philosophorum cathedra tradi solent; merito *Philosophorum Ordini* praestantissimae disciplinae tractationem et cultum vindicamus. Quod et peculiaris in plerisque Academiis *Politices Professo* fatis ostendit. In eo tamen et quidam e Philosophis peccare mihi videntur, quando illo Platonis effato tumidi: Tum demum Respublicas fore beatas cum et Philosophi regnarent, aut reges philosopharentur, JCtos in hac arte aliosque nimis contemnunt, et monopolium quasi huius doctrinac affectant. Singula enim haec quae hucusque

*o) Ne gratis haec dixisse videar, verba b. BÖHMERI in Iure publ. univ. Part. gen. c. 3. in nota audiamus: „Fatendum utique est JCtorum ine- „ptiam in causa fusse quod disciplinam Iuris publici vniuersalis fibi „vindicauerint Politici. Cum enim JCti putarent, tantum ad forum suum „speciare quae Iuris romani sunt, adeo ut etiam Ius publicum par- „ticulari ad Politicam quidam traherent, et JCtis desuper quæstio- „nem mouerent; Politici hanc juris partem tanquam derelictam oc- „cuparunt, quod et scholastici Theologi in ea Iuris naturae parte „ficerunt, quae priuata hominum dirigit negotia &c. &c. &c. Ra- „piunt autem ex adverso JCti dum Iuris Naturalis et Gentium ut et Iuris publici vniuersalis et particularis culturae vnię nunc fibi vin- „dicare videntur, multa ad se, quae nullum cum luce nexum habent.*

disputauimus ita sunt comparata, ut vel *paedius* vel boni ordinis causa tantum sint constituta, in ipsa enim Eruditionis sphaera, et inter vere Eruditos et sapientes omnino exulat illud finium regundorum iudicium et qui nimis subtiliter aut acriter hic pugnant vel logomachias aut paedantismi notam incurront, meritoque ridentur ab iis, quibus res ipse et felix doctrinac experientiaeque connubium magis curae cordique est, quam inania de methodo et scientiarum limitibus litigia, aut titulus et reditus. A quoquaque autem praetantissimae huius disciplinae tractatio demum suscipiatur, non curiositatem desultoriam querendam esse censemus; sed ut praesentia accurate perspicere, recte de illis iudicare, futura ex praeteritis et praesentibus callide concidere, patriae cauere de malis, prospicere de bonis, ad incerta denique vigilare possis p.

## §. VIII.

Tam praeftans itaque tam necessaria et vtilis cum haec sit prudentiae ciuilis publicae doctrina, multorum elogiis iam condecorata, non immerito queritur an ipsi in Academis adhuc locus sit relinquendus? Et otiosa omnino videri possit questio nisi fuissent qui inique ea de re iudicassent. Ingenue fateor quod si ad prima Academiarum incunabula ascendas, vel nulla vel parum uenusta in illis disciplinae nostrae facies tibi occurrat. Iamdudum autem obseruarunt Viri eruditione et acumine pollentes, Academias olim magis in ficta illa Hierarchia stabienda laborasse, quam ad verum Ecclesiae Reipublicae et Literarum usum respexisse; Clerique ratio-

B 2

nes

p) Conf. ev. OTTO c. l. p. 5.

nes postulasse ut uera Politices Principia ignorarent Laici, ne intelligerent Papatum esse Rempublicam in Republica <sup>q</sup> Post repurgata autem diuino beneficio à Lutheru sacra, vt in aliis scientiis ita quoque laetior Prudentiae civilis in Academiis enuit facies, et siue ambitione affirmare possumus, post egregios Conringii, Bosii, Hertii aliorumque labores, et redditam Academiis philosophandi libertatem hanc gloriam Protestantium Academiis vnicce deberi, quod negle<sup>c</sup>tam disciplinam in Musarum sacraria reduxerint, reuocatam coluerint et ornarint.

<sup>lviij</sup>  
 Non desunt tamen et in Romano-Catholicorum Academiis qui laudabili opera ad excolendam hanc doctrinam nunc accedunt<sup>r</sup>. Nec immerito cum enim Academiae non Ecclesiae tantum, sed et Reipublicae seminaria sint, profecto non video qua ratione illa doctrina carere queant, quae publicorum negotiorum formas, publicaque administrationis modos exponit, docetque quomodo ciuitas opibus firma, copiis locuples, gloria ampla et virtute felix praestari possit. Optandum modo esset, vt Viri et ingenio et vsu praestantes frequenter

<sup>q)</sup> Vide quae ea de re habet ill. THOMASIVS in Cautelis circa Praecognita Iuris C. XV. §. 4. et HEINECCIVS in Historia philosophica p. 267.

<sup>r)</sup> Quod vel illa GVIDONIS FERRARII S. I. Eloq. Prof. in Univ. Braydensi de *Politica arte* Oratio comprobat, dicta Id. Ian. 1750. et edita curante Comr. Val. Vonk. Neomagi 4to vid. noua Litt. Lips. germ. n. 73. p. 65. Quibus vero principis eruditissimis in Italia politiciis nunc vtantur, legas in cl. LUDOVICI ANTONII MVRATORII *Trattato della pubblica felicità oggetto de buoni Principi* in Lucca 1742. 8vo, atque expendas in quantum differant ab illis Scipionis Amirati, Scipionis Claramontii, Lud. Sepralii, Zuccoli &c. aliorumque Italorum placitis politicis.

tiores ad colenda et tradenda haec studia manum admouerent, nec villa enim quandoque in systematibus philosophicis et Collegiis tam sterilis ac illa de ciuili prudentia publica tractatio. Excoluerunt quidem recentiores Eruditii plerasque scientias philosophicas, sic v. g. **CARTESIVS**, **GASSENDVS**, aliquie **Physicam** **WOLFIUS** Metaphysicam, **GROTIUS**, **PVFFENDORFIVS**, **THOMASIVS**, **MULLERVS**, Ius Naturae **THOMASIVS** Ethicam, **LOCKE**, **CROVSAZ**, **RÜDIGERVS** Logicam miris accessionibus adauxerunt, pauci autem ex Philosophis sunt qui nostra aetate *Politicum* studium ornarunt, laborantique disciplinae manus auxiliatrices adhibuerunt. Haud leue autem ex neglecto eius cultu ad omnes quas vocant Facultates retundat damnum, & Philosophi quidem quando nimis frigide in eius cultu versantur, eam vel formulis artificialibus aut conceptibus metaphysicis includunt, et Platonis ciuitates nobis quandoque effingunt, aut nimio rei literariae apparatus eam onerant vitaeque ciuili parum commodam reddunt. Theologi t quando pro scopi ratione huius disciplinae usum negligunt, nec articulum de Magistratu // de Potestate Principis circa sacra, de regimine ecclesiastico, de officio imperantium et parentium rite explanare; nec varia quae in Libris Iosuac, Iudicum, Samuellis occurruunt loca dextre et prudenter explicare et ap-

B 3

plica-

s) Si ab J. A. HOFMANNO et RÜDIGERO discesseris.

t) Celebri quandam Theologo b. BYDDEO multum debet prudentiae ciuiliis publicae doctrina adeo ut eius principis, quae in Elem. Philos Pract. P. III. extant, Dumvirini in Republica litteraria celeberrimi, Commentario illustrans operam decenterint. Alter est Philosphys acutissimus b. RÜDIGERVS qui in libello: *Klugheit zu leben und zu herrschen*; hoc officium praehibit: alter est *JCrus ille Hassense* b. GYNDLINGIVS cuius Disserens ad praecpta Politica Ruddeana 4to extat, in quo tamen linea Viri optimi merito desideratur.

plicare poterunt. Inprimis vero illi qui ad Iurisprudentiae studium animum aduertunt, raro ad  $\alpha\mu\pi\eta$  peruenient, quando ethices et politices principia strenue negligunt. Cum enim in priori indoles actionum moralium de quibus JCtus ex LL. iudicat, in altera status Reipublicae qui LL. regitur describatur: satis apparet quam necessaria, pro cuiusque scopo et fine, sint haec solidae Iurisprudentiae adminicula. His enim neglegitis, qui proletariam tantum Iuris cognitionem sibi pariunt, vix supra Leguleiorum scientiam tandem enituntur; qui vero nobile JCti nomen in cathedra mereri volunt pro mascula et solida Iurisprudentia, quae de rationibus Legum politicis potissimum etiam est sollicita, in interpretandis LL. ad grammaticalia, ad critica et historica prolabuntur, quae elegantioris Iurisprudentiae elogio ornant, et in suo genere non contennenda sunt, ossa tamen et neruum verac et masculae Iurisprudentiae nondum conficiunt. Neglecta vero doctrina politica in Academiis, illis maximum afferit incommodum qui vel aulae vel supremorum iudiciorum aut publicorum negotiorum ministerio se praeparare student: quippe qui in cassum in Iuris publici vniuersalis et particularis, vt et Iuris Naturae et Gentium applicatione laborant, nec unquam in publica administratione cum fructu versari possunt, quando solida Prudentiae ciuilis publicae cognitione et pragmatica Historiae ciuilis et Patriae notitia destituuntur.

§. IX.

## §. IX.

Sed instas, vera quidem haec omnia esse, multa tamen obstat quo minus fieri possit ut doctrinae genus quod commendamus in Academiis ab Eruditis ita tradi et excoli possit, prouti ciuitatis & aulae negotia postulanant. Summa rationum capita, quibus nonnulli, id quod aiunt, euincere conantur, colligam eaque in classes redigam, & quantum quidem mihi datum est ad ea respondebo. Respiciunt autem alia accusacionum capita I. *Docentes* alia II. *Doctrinam* alia III. *Methodum*. Ad primam itaque classem quod attinet, causantur nonnulli 1) Raro vnum alterumue prudentiae ciuilis publicae Professorem ad clavum Reipublicae sedisse aut negotiis publicis interfuisse, adeoque rerum experimentis in hac arte maxime necessariis destitutum esse. 2) aiunt experientia comprobatum esse viros admodum literatos, sed in umbra studiorum enutritos, otii literariorum nimis esse auidos, & ad res publice gerendas parum idoneos. 3) Ignorare hinc eos plerunque ea quae in vita ciuili obtinent, usum seculi quem *le grand monde* vocant,

- u) Vide quae haec de re habet *Wicquefort in Ambassadeur P. I. p. 11.*  
add. *HERTIUS* in *ELEM. PRUD. CIV.* p. 31. ill. *MOSERVS* in *Europ. Völker-Rechte zu Friedens-Zeiten* nuper euulgato p. 12. §. 46. inquit: *Die Haupt-Urfache* (neglectae sc. culturae iuris gentium Europei et Politices) *ist wohl diese, daß auch die gelehrtesten Personen oft ja gemeinlich, von pragmatischen und in gemeinen Leben unter Großen oder Kleinen nützlichen Sachen, weder einen gründlichen Begriff haben, noch einen Geschmack daran finden, noch auch eine Anlage dazu besitzen &c. &c.*

cant, ut & morum elegantiam quam aulæ seculique  
genius commendet 4) Eruditos esse quidem Viros ingenui  
animi, sed parum callidos & ad fraudem acutos quod  
maxime requirat hoc doctrinae genus. 5) Latere ut  
plurimum eruditos genuinos huius doctrinae fontes &  
tandem 6) eruditos dictatoria plerumque autoritate de  
negotiis publicis pronunciare censoresque imperantium  
agere ineptos. Sat speciosa argumenta quibus diluen-  
dis nostra nunc adhibenda est, opera. Fateor itaque  
quoad 1) quod plerumque evocentur ad officia academi-  
ca, ratione doctrinae de prudentia ciuili publica, Viri,  
qui nullam aut paruam eorum quae in ciuitate peragun-  
tur, experientiam propriam possident, adeoque varia  
ignorant in quibus artem ut experientia faciat necesse  
est. Sed nodum video cur Vir acutus & diligens, ne-  
cessariis animi dotibus instructus assidua librorum po-  
liticorum lectione exercitatus, acri praeterea obseruatio-  
ne eorum quae fiunt & quotidie peraguntur, solida de-  
nique meditatione adiutus eo peruenire non posit, vt  
iusta prudentiae ciuilis publicae principia nec deruere,  
nec negotiorum publicorum formas artesque uti nunc  
sunt pro scopi ratione aliis tradere queat; licet ipse aulae  
negotiis non interfuerit, legati munus nunquam obierit  
nego-

xx) Idem MOSERVUS cit. loco inquit: *Vielen Gelehrten möchte es ferner an genügsamer Kenntniß derv darzu erfordernden Quellen fehlen und noch andere mögen leicht die Mühe scheuen in einem so großen aber noch ganz mit Eys belegten Welt-Meere den Durchbruch zu wagen, und die Enge zu passiren.*

negotia publica gerenda; nunquam suscepit. Non est Doctoris politici officium ut Legatos, Ministros publicos. Consiliarios in Academiis plene perficiat, sed ut letissimos juvenes iis studiis dextre et prudenter imbuat, quae ad negotia publica aliquando feliciter peragenda introducunt, tyrociniaque pro loci conditionisve ratione eos ponere jubeat. Certe quando officiis academicis admoventur non imbellies juvenes, sed Viri quos durus ab incunte aetate exercuit labor, qui ut prouidus Ulysses multa uiderunt, legerunt, adnotarunt, quos denique praeter pietatem & morum integritatem acumen ingenii, et necessaria studia commandant, ad tradenda τελιτηκα haud inepti erunt, licet in uno altero ye ipsis desit experientia propria, quam aliena facile compensent. Alteri accusationi aliquid veri inesse videtur, dolendum enim omnino quod quandoque illi qui Eru-ditorum elogio ornantur ea ignorent, quae in vita civili et communis maximum usum praestant; quippe quae vel ex institutionis negligentia, vel ex vano supercilio ad vulgi cognitionem referunt. Hinc licet multa operose agant, revera tamen nihil agunt, omniumque sunt otiosissimi in Republica ciuili, dum in Republica literaria videntur occupatissimi. Aut enim voluptatis ex studio literarum profuentis avidissimi animorum infatiabili sciendi varietate pascunt, aut ambitionis oestro perciti vanam ubique affectant πολυμαθίαν, aut lucro inhiantes mercenarie studia colunt, neglecta vera Auditorum utilitate. Sed quae diuina propter Christum est benignitas, excitantur haud pauci ex hoc ueterno, et sapienter intelligunt omnem studiorum fructum non ad explendas animi passiones, sed ad promouendam Dei gloriam, proximi propriamque utilitatem in Republica esse

C

trans-

transferendum. Ad 3) quod pertinet momentum vagia admodum est illa notio quam nostra aetas sub idea (*de la connoissance du monde*) circumfert. Duplex, quantum ego quidem intelligo, est illa cognitio, quarum prior modos agendi ab hominibus primi ordinis, quos *le grand monde* dicunt, receptos intelligit et applicat, altera autem principia horum modorum tenet <sup>y</sup>. De priori fato quod abesse possit <sup>z</sup> a Doctore prudentiae ciuilis publicae, si *τὸ* ceremoniale aularum, excipias. Altera omnino potiri potest, quippe quae et ipsi maximum usum praestat, et partim in cognitione animorum consistit, partim autem eum vere prudentem et cautum efficit non astutum. Quo ipso et 4) accusationis membrum

<sup>y</sup>) Eleganter *de la Sarraz du Franquesney* in *Ministre public*, p. 102 ait: Connaitre les manieres du monde, c'est etre instruit de toutes les regles de bienfance etablies et pratiquees par les gens de condition. Connaitre les principes du monde c'est favorir les ressorts de leurs actions. Quant ou ennoi les manieres du monde on peut s'y preferer avec grace, s'y conduire avec decence, et s'y faire recevoir avec plaisir. Quant ou en connoir les principes, on peut tirer parti de ses exees, se garantir de ses pieges, & se faire un plan de vie qui ne nous commette jamais avec lui. De cette double connoissance l'une fait des hommes intelligents, l'autre des hommes aimables.

<sup>z</sup>) Idem contingere potest Erudito quod de aulico idem *de la Sarraz des Franquesney*, c. I. ait: Il peut arriver aux Ministres ce qui arrive à une infinite de gens d'un autre ordre, c'est que les manieres leur tiennent lieu de fond, et que ne sachant rien, ou que très peu de choses, ils ne laissent par jouir de tous les agreemens de la societe; le commerce ordinaire de la vie est communement plus frequent et plus vif avec des gens modiquement eclairés, qu'avec ceux qui ont de grandes lumieres, parceque ceux ci sont plus rares et plus occupés &c. Ceterum quae hic disputantur respiciunt illam opinionem Politicam potissimum in morum elegancia considerare, ab aliis iam confutatam. Quo tamen neutquam morum elegantiam a Prudentiae ciuilis publicae cultore abesse volumus.

brum corruit; licet enim doctrina nostra impiae ver-  
sutiæ fraudes & flagitia detegat & ostendat, neutiquam  
tamen detestandi vitii magistra est: id quod profecto  
nemo melius, quam homo ingenuus Deoque concilia-  
tus euitabit. Adde quod et illud adhuc incertum, an  
acutissimi homines optime Rempublicam administrent?  
Quod 5) eruditos lateant genuini huius doctrinae fon-  
tes, id nondum plene capio. Aut enim per genuinos  
fontes Archiuia intelligunt aduersarii, aut libros in arte  
politica maxime necessarios, aut usum rerum: Ad ar-  
chiva quod attinet non ignoro quod in iis lateant quae  
ad solidam et accuratam publicorum negotiorum cogni-  
tionem pertinent, in primis quando de Praetensionibus et  
Observantiis politicis agitur; sed quia doctori prudentiae  
civiliis publicae in Academiis sufficit, si suos solidis  
principiis instruat, profecto non opus est ut ubique ad  
minuta quaevis, aut nimis specialia descendat. Quod  
si vero per fontes intelligas libros politicos, hominum  
vitium est quando eos ignorant. Postquam enim artis  
typographicae beneficio egregiae nunc prostent nego-  
ciationum et actorum publicorum collectiones, opus  
C 2 tantum

a) Scite sui nostrique feculi mores quoad haec BVDAEVS Galliae quon-  
dam omamentum, in libro de aife eiusque partibus p. 796. depingit,  
quod in hoc libello extare vix credas.

b) Extat CLEONIS hac de re sententia apud Thucydidem Hist. L. III.  
c. 37. p. 183. edit. DUBRIANÆ, quando ait: οἱ τε Φαυλότε-  
ροι τῶν αὐθούπων, ποὺς τὰς ξυνετωτέρες, ὡς επιτοπλεῖσον  
ἀμενον οἰκήσον τὰς πόλεις: h. c. Imperiores, si cum peritiori-  
bus conferantur respublicas plerumque melius administrare. Sed  
cum multa sint in hac Cleonis sententia ex circumstantiis a Thucy-  
dide suppeditatis adhuc monenda, curatiorem huius loci discussio-  
nem alias curis relinquo.

tantum est ut ex assiduo et prudenti eorum usu, et ex mutis his Doctribus prudentiae ciuilis publicae artes et formas et agendi modos ut nunc sunt, haurias et acutus ad hunc laborem accedas. Certe qui in Academiis Commentarios historico - politicos praestantissimorum Legatorum d'Aux, d'Estrades, literas Offati, Arling-tonii, Templii aliorumque, quorum larga messis, et recentiora illa rerum publice gestarum monumenta indefessa opera et maiori studio, quam HORATII Odas, aut vefusta illa antiquitatis rudera et statuas perscrutatur <sup>c</sup>, vtique in iis quae hodie in politico studio sunt necessaria adeo egregie profice repoterit ut scientiam consequatur ad quam alii stupent, ad quam alii nauseant. Quid 7mi momenti est, non video cur vnius alterius Doctoris imprudentia aut ineptiae omnem in hoc negotio philosophandi libertatem aliis ingenuis et bonaे mentis Viris admire possint. Praeterea ipsa refragatur experientia omnes eruditos qui politica tractant ea labe infectos esse, ut principum actiones et publica negotia schola-stica virgula notent.

### §. X.

Accedo nunc ad ea capita quae II. ipsam *Doctrinam* respiciunt. Sunt enim qui existimant hoc Doctrinae genus 1) plane non conuenire Academiarum umbris quippe in quibus non imperantes <sup>a</sup>, sed parentes sint formandi

- <sup>c)</sup> Non contemno in Político eiusmodi studia, ornant eum quandoque, illud tantum contendó quod essentiam studii politici non ingrediantur.
- <sup>a)</sup> Huic opinioni fauere videntur ill. THOMASIVS qui in Cautel: circa præcogn. Iurisp. P. I. c. 16. §. 40. inquit: Unter den Friedens-Aemtern ist das Amt eines Fürsten das vornehmste. Allein ein Studiopus

mandi. 2) agere hoc doctrinae genus de rebus grauisfimis, de arcans status aliisque quae melius ex ysu in au-  
la et in ipsis rerum argumentis & à Viris pragmaticis  
cognosci possint quam ex Libris aut à Doctoribus um-  
braticis. c. 3.) Fieri non posse vt in assiduo negotio-  
rum publicorum discursu quo quotidie aliquid in tam  
magno orbe mutatur certa quaedam forma constitui-  
posit. Sed ad haec habeo quoque quae reponam.  
Imum enim vtique uerum est quod qui proprie Imperan-  
tium nomine ueniant, vel nunquam vel rarissime in Acede-  
miis instruantur: Sed falsa quodammodo etiam est the-  
sis si Germaniae nostrae faciem intuearis. Quam fre-  
quenter enim Academiis nunc intersunt, qui Principum,  
Comitumque (quorum plerique aliquando territorio-  
rum regimen fuscipiunt.) S. R. I. titulo fulgent, qua  
arte autem illos potissimum instruendos esse censes, mea  
quidem sententia illa maxime quam commendamus.  
Praeterea perpendas eam Germaniae nostrae esse fa-  
ciem, vt ipsius inter sit, plures esse qui structuram Rei-

C 3

pu-

*Studio Juris darf auf die Klugheit eines Fürsten nicht nachdenken, indem er selbst ein Untertan bleibt. Ein Professor braucht dieselbe auch nicht zu lehren, weil er nur Untertanen lehret. Und wenn er auch einen Fürsten unterrichtet, so muß wie die Person des Fürsten heilig ist, auch diese Lehre heilig und geheim seyn.*

- c) MOSERI sententia in der Anleitung zum Studio Juris p. 104. eo ten-  
dit: *Die Wahrheit zu sagen, junge Standes-Personen müssen die  
Politie oder Regierungs-Kunst mehr bey erfahrenen Staats-Männern  
als bey Professoribus auf hohen Schulen suchen. Denn diese kön-  
nen ihnen wol eine und andre allgemeine Wahrheiten sagen, aber  
sie werden bey ihnen allein, oder aus denen von dieser Wissenschaft  
bandelnden Büchern so wenig Staats-Verständige werden, so wenig  
einer aus denen Regeln und Kupfern der Trenchier- Fecht- und  
Tanz-Büchern das Trenchieren, Tanzen und Fechten erlernen wird.*

publicae eiusque conseruandae modos tam in genere quam in specie rite cognitos habeant, cum ad conseruationem Iurium Imperii tum ad Rerum publicarum particularium administrationem. Certe omnes qui Principibus nostris a consilio adesse, aut in regimine publico manus adiutrices praestare volunt nullo modo hac scientia carere possunt. Adde et illud quod ad Germanorum Academias nunc confluant exteri, quorum magis interest ut de publico Europae Systemate, de controversiis illustribus quae nunc in Europa agitantur, aliisque hue spectantibus instruantur, quam de a pro in alieno fundo capto, aut de lapide terminali ambigue posito. Nec illud obstat quod maxima eorum pars qui in Academiis formantur negotiis privatis adhibentur, status privatus publico continetur, haud itaque inutile erit si et status publici pro cuiusque circumstantiis necessariam scientiam sibi parare allaborent. Accedo ad alteram obiectiōnēm quae doctrinam concernit: Quis autem unquam vel eam solum ob causam denegaverit alicuius doctrinae tractationem Academias, quia de rebus grauiissimis agat. Nonne diuini Codicis interpretatio, in Religione institutio, animarum cura, ingeniorum in aliis scientiis sublimioribus formatio, sunt res grauiissimae quippe a quibus et aeterna et temporalis hominum salus dependet, nemo autem prudens eam ob causam Academicos doctores ab earum tractatione excludet quia sunt res grauiissimae. Et ridiculum profecto est ut existiment

ment nonnulli in vilissima etiam arte neminem proficere posse nisi idoneos na<sup>t</sup>us sit magistros, Reipublicae uero administrandæ dexteritatem quae ad gravissima utique pertinet momenta, sponte sua homib<sup>us</sup> obuenire. Quae de arcans in prudentia ciuili publica crepant, dextre admodum sunt explicanda. Dantur vtique arcana status cautissime tractanda; sed multa venditantur quoque pro arcans status, quae nil minus sunt quam arcana. Probe distinguenda sunt arcana domus, arcana dominationis et imperii vt et flagitia dominationis, quod olim iam uidit Tacitus, sed singula haec discutiet acutus et prudens ciuilis prudentiae publicæ Doctor et probe dispiciet de quibus publice disputare ipsi fas sit nec ne? Quod vero credant nonnulli praxin in hac arte vtramque facere paginam<sup>f</sup>, non nego fieri omnino posse, vt quandoque antequam dogmatici quibus mediis communis salus muniri et defendi debeat, cum libris consultant, pragmatici ad effecta consiliorum perueniant. Sed id quoque negandum non est empiricos et pragmaticos qui ex vsu potius quam doctrina sapiunt, raro in vniuersum aliquid, quod certam formam habet constituere. Illi quidem Reipublicae eiusque administrandæ partibus succurrere ualent, cuius cognitionem et usum sibi pararunt, in rebus quas antea iam experti sunt consilia simul inveniunt,

simul

f) Eleganter argumentum de Politicis empiricis excusit. D. EL. SILBER-RAD. Prof. Argent. in Dis<sup>p</sup>. de *Politicis empiricis* a. 1712. habita. Exempla Themistocles, Luculli, Marii, Cominaci, Mommoranchii ex-pendens.

simul exequuntur, ast ubi novum aliquod et insolitum exurgit tunc haerent nec facile extricare se possunt, nisi plane insigni naturae ingeniique bonitate sint praediti; nec etiam unius hominis est vt omnia Reipublicae negotia usu comperta habeat, quorum tamen maximam partem cognoscit qui systematica ratione Ciuitatem tenet. Maior vtique in aulis et vita ciuili experientiae politicae est copia quam in Academiis, praeceptorum autem et experientiae alienae e historia petendae in illis maior occasio. Quod vero quoad tertium haec doctrina ita comparata sit vt in primis quoad specialia perpetuis mutationibus et uicis studinibus sit obnoxia, nihil inde eius dignitati decedit. Respicit haec obiectio illam quaestione-  
nem an aliqua in hac arte detur certitudo, quam huic doctrinae alii iam vindicarunt. Ut vero quae in publicis negotiis dispersa vagantur, in ordinem et classes redigantur, id omnino melius fieri potest in Academiis a Doctoribus, quam aliibi a Viris ciuilium negotiorum multitudine oppressis, atque in agendo perpetuo occupatis.

## §. XI.

Supereft ut argumenta quoque in medium producam quibus III. *methodum*, qua in tradenda prudentia ciuili publica in Academiis utimur incusant. Ajunt enim Politicos dogmaticos 1.) nimis esse subtiles et abstractos eosque ex autoritate librorum pendentes saepissime in partium studia et praeiudicia ruere. 2.) Eos an-

tiqua

§) Vid. HERTIVS in *Elem. Prud. civ.* §. 19. p. 30. & §. 20. p. 33.

tiqua tantum sectari neglectis recentioribus, et quae in usu sunt. 3) Eos in generalioribus subsistere nec ad specialia descendere: et 4) praxin doctrinae ciuilis è cathedra academica plane abesse. Quod itaque ad I. mam obiectio-  
nem attinet; fac unum alterum in Academiis cum se-  
raphinis illis Doctoribus politicis HVNDSHÄGENIO de Prin-  
cipio indiuiduationis in Politicis, cum SCHERBIO de formis  
Rerumpublicarum regularibus et mixtis in abstracto, ad-  
huc subtiliter disputare; Maior nunc eorum est numerus  
qui neglectis otiosis et spinosis quaestionebus in Politicis,  
ad solida tendunt. Nec est cur ob id mouearis, quod ad  
iustae ~~prædictas~~ ac methodi regulas Politici dogmatici plera-  
que sollicite revocent. Cane peius et angue fugiendi sunt  
in Academiis Doctores empirici; meditatio theoretica na-  
tura sua praecedit practicam; opus tantum est ut in doctrina  
vitae ciuili nata id agas, ne meritis formulis artificialibus eam  
includas, scholaeque quam vitae aptiorem reddash. Coer-  
cenda praeterea sunt impetuosa iuuenum ingenia iusta  
cogitandi methodo, ne vagis ideis in politicis etiam adsue-  
fiant. Caeterum et illud annotari meretur, quod plerum-  
que illi qui a systematica methodo abhorrent, dogmaticos  
incusent, eos esse nimis abstractos et subtiles quodque  
aegre ferant quando eorum meditationes ad regulas  
examinamus, id quod tamen in Gallorum praecipue scri-  
ptis politicis saepissime maxime est necessarium.

D

Porro

h) Quem errorem ex veteribus CICERO de LL. III. 6. ex recentioribus  
BOECLERVS in Init. polit. proemio iam notarunt.

i) Ut rationem studii politici apud Gallos eo plenius intelligas quaedam  
ex recentioribus eorum libellis adducam: Autor libelli, *Essai sur l'E-  
tude de belles Lettres in gvo à Paris 1747.* ita ratiocinatur: La con-  
noissance des Interêts des Princes doit résulter de la Lecture de l'Hi-  
stoire

Porro quod 2.) dogmatici quandoque generalia principia tantum proponant, eaque securi inter antiquos legant, et hoc illis condonandum esse exigitimo. Primum enim academicæ institutionis ratio postulat, ut a generalioribus incipiamus, et ad specialiora transeamus; dein personæ inter-  
reunt,

flore et non la preceder. Les livres de Politique ne peuvent nous donner une juste idée de vraies maximes de Gouvernement. Les Ecrits de Sayans sur le Droit public, le Droit de Gens ou l'on remonte aux premiers principes sont peut être aussi peu applicables à certains evenemens dont nous sommes témoins, que les idées de la Republique de Platon aux motifs de notre siècle. Presque tous contiennent bien de reveries de suppositions chimériques, et la face du monde qui change si souvent, doit nécessairement faire varier les Intérêts des Princes, et deranger les Systèmes de Politiques oiflifs. Ce qu'on pourroit faire de mieux ce seroit de se mettre aux faits des principaux Traitez soit de Paix ou d'Alliance, ou de commerce qui unissent les Nations de l'Europe (car voilà maintenant la première base du Droit des Gens, en juger dans les circonstances de ce qu'elles doivent faire ou ne pas faire, conformément à leurs engagements respectifs). Mais ces not'ons ne paroissent nécessaires qu'aux personnes destinées par leur naissance aux grands emplois, le commun des Lecteurs n'a besoin que de l'histoire même pour être suffisamment au fait des divers intérêts des Souverains. Hinc usque ille anonymous, sed quod in his lineis occurunt paralogismi, hinc recte Autor diarii gallice, *Bibliothèque raisonnée*. Jan. Febr. Mart. [a. 1748. p. 43.] hanc censuram addidit: Voilà tout ce que dit l'Auteur sur la Politique. Le'en de cas qu'il fait des Livres de Politique, des Ecrits sur le Droit public & le Droit de Gens me paroît assez mal fondé. Il y a dans ces Ouvrages certains principes généraux qui sont communs à toutes les Nations, qui sont applicables à toutes sortes de Gouvernement, & dont la Pratique procure l'Avantage de le bien-être de la Société. La mauvaise foi des Hommes ne prouve pas qu'il n'y ait aucune règle d'équité & de justice. L'Auteur donne pour premier base du Droit des Gens des Traitez de Paix & de Commerce. Mais ce Droit n'est il pas fondé sur cette règle antérieure à tous les Traitez: ne fais pas à autrui, ce que tu ne voudrais pas qu'on te fit. D'ailleurs y a-t-il lieu de croire que celui qui la viole sans scrupule se fera un devoir d'observer plus religieusement les Traitez qu'il a contracté.

Caterum

reunt, res reuertuntur, recentium abest invidia, et cum  
Eruditi plerumque in lectione antiquorum graecorum et  
latinorum autorum in primis sint versatissimi, facile ipsis  
cocurrunt exempla thesibus politicis sat accommoda. Quo  
tamen neutquam et illud probamus, quando cuncta abs-

D 2

que

Ceterum vti Autor modo dicti Diarii politici gallici vtique recte  
pronunciauit in hac censura, ita alius forsitan, qui in codem Diario  
recensionem libelli supra à nobis memorati; *Essai sur l' Education de la Noblesse* institutum, longe aliam sententiam de Politica fouet  
quando T. XL. P. I. p. 141. ait: La Politique, dit l'Auteur de l'EC-  
casi, est l'Art de rendre les peuples heureux en les conduisant selon  
les loix & la raison. N'avoit il pas dû ajouter & selon la justice,  
car comme les loix sont arbitraires, & qu' on fait de la *raison* tout  
ce qu' on veut, il n' arrive que trop souvent qu' on rend les peu-  
ples tres-malheureux en les conduisant par une Politique qui n'est  
fondée que sur les loix & la raison. On conseille ici l'étude de  
la Politique à la Noblesse; mais c'est une science d'une bien vaste  
étendue & qui me paroit d'autant plus difficile à apprendre que  
la plupart des ses principes n'ont rien de fixe, chacun les interprète  
à sa fantaisie. Avant que d'apprendre aux hommes les Principes  
d'une saine Politique il faudroit travailler à les rendre justes & équi-  
tables. On convient assez de cette première règle du Droit naturel  
ne fait pas à autrui ce que tu ne voudrois pas qu' on te fit, mais  
on ne le met pas en pratique. C'est moins la science que la Pratique  
qui manque aux plus fameux Politiques. Ils ressemblent à la  
plupart des chrétiens d'aujour d'hui qui n'ont qu' une foi morte, une  
foi sans les œuvres. Qu' on en juge par l'état déplorable où se  
trouve actuellement la plus grande partie de l'Europe. - - Huc  
usque illi. Ceterum obiter hic monendum esse duco, quod non  
nulli admodum fallantur qui vera Iuris publici Europae principia in  
notissimi Abbatis Mably *Droit public de l'Europe* querunt,  
sepissimum enim principia aulae gallicae politica ipsi unice propria pro  
Principiis Iuris gentium Europae nobis venditat. Quæ autem Anglo-  
rum nunc sint Principia politica, potissimum ex libris: Pensées li-  
bres sur la Religion, l'Eglise & le bonheur de la Nation 1738. 12.  
à Amst. WARBURTONI Dissertations sur l'Union de la Religion  
de la Morale & de la Politique 1742. à la Haye. 8vo. THOMÆ  
GORDONII Discours historiques & politiques sur le Tacite. 2 Vol.  
12. à Amst. 1742. videre licet, quæ utique magis cohærent quam  
Gallorum principia.

que discrimine seculo nostro adspicere student, cum et alia sit rerum publicarum nostrarum facies, alia sacrorum indoles, aliae denique magistratum formulae. Quod 3.) dogmatici nostri quandoque ab iis abstineant quae nouissime in negotiis publicis peraguntur, et quod ad specialia non ubique descendant, prudentiae est, cum eiusmodi causis saepe illa tangunt, quae ad dominationis et imperii prudentiam pertinent, de quibus nimis aperte disputare periculosem aequem ac Reipublicae noxiū esse potest. Accusator harum rerum cognitio non cadit in sphaeram academiarum. Ea enim quae in republica recentissime tractantur non emanare solent; celari ea opus est, et officium postulat, praeterea singularium rerum exactam postulat notitiam, et in adyta rerum publicarum ei penetrandum qui vere de iis iudicare uelit k). Adde et illud quod peculiares quandoque circumstantiae status emergant, quae exigunt l) ne de una alteraue thesi politica, alias

k) Maxime hic commendari meretur ADAMI RECHENBERGII Diss. de Moderatione judicij in causis publicis Lips. a. 1679. habita.

l) Atque in eo peccasse m'hi videtur Autor libelli, superiori anno regio edito in Suecia prohibiti, qui titulum gerit: *Civile imperium juxta Originem et naturam suam considerarum. 8vo.* Abunde notum est scintillas controversiarum que inter Russos & Suecos nunc agitantur ex suspicione illa ortas esse: Suecos de immutanda Regiminiinis forma agitare consilia. Russi his contibus ut obicem ponant vi Conuentorum & Traetatum obligatos se existimant. Vraque gens de laesa amicitia conqueritur, hinc ille Declarationum cumulus. Sueci vt omnem Russis præcipiane occasionem conquerendi quod gens subinde preparetur ad novam Regiminiis formam, & hunc, vti dixi, libellum proscribendum esse crediderunt. Autor eius vocatur JOHANN MARTIN JOHANSSON Philosophie Magister, qui eum in lingua patria excudi curauit, Principi regio Gustavo dicauit & in Praefatione Thefin hanc defendit: Boni ciuiis esse Imperanti prastare obedientiam perfectissimam, non vero coecam, aut passiuam vti Angli

alias in se innoxia, nimis candide sententiam nostram profaramus. Id vero quod 4.) palmarium esse existimant; praxin nimirum politicam e cathedra academica plane exulare, nunc quoque discutiendum est. In ipsis rerum et negotiorum publicorum argumentis in Academiis versari utriam dixi, per rei naturam haud licet. Rerum autem quae nunc geruntur argumenta ad praecepta politica examinare, et exempli loco ostendere, nondum, quantum quidem scio prohibitum est, nec ab optimo quoque Prudentiae ciuilis publicae Doctore negligitur. Relique exercitationes politicae academico-practicae vel eo tendunt ut in Collegiis priuatis, (quod quidem nondum adeo frequens, fieri tamen quandoque atfolet) varia Themata politica proponamus, e genuinis Prudentiae ciuilis publicae principiis eruenda et discutienda: aut ut in Disputationibus publicis eiusmodi Themata Eruditorum examini submittamus. Enatae inde sunt, tot egregiae Disputationes politicae de grauissimis seculi nostri negotiis <sup>m)</sup> et optandum modo effet, ut frequentiores adpareant, et liberior earum nonnullis in locis permittratur censura. Saepe etiam Eruditi in scriptis fugitiuis (quae, *pieces volantes*, vocant,) praestantisima Themata politica enucleant, et expendunt.

D 3

d

gli loquuntur. In ipso opusculo, philosophandi libertate vtitur, & vbique egregiam patrii status notitiam offendit, & generalia Principia ita proponit, ut facilis corum ad domestica exempla fieri possit applicatio. Prodiit etiam germanice in 8vo, iste libellus, & ab aliis iam annotatum est. Autorem potissimum insistere illis principiis quae Loockius in opusculo proposuit, quod sub titulo: du Gouvernement civil ou l' on traite de l' Origine des societez publiques à Amsterdam 1641. 8vo prodiit.

<sup>m)</sup> Eminent inter illas nunc ill. MASCOVII, TREVERI, STRVETI, KRESSII  
aliorumque exercitationes academicæ.

dunt n. Quae omnia satis edocent et praxin politicam, quantum quidem academicac uitae ratio permittit, non plane exulare in cathedris academicis.

## §. XII.

Quamuis autem ex hac tenus deducatis, ut confido satis appareat eruditis in Academiis Institutionis politicae facultatem nec esse denegandam, nec eos plane incapaces esse ad tradenda ea quae ad publicorum negotiorum formas spectant. Fuerunt tamen omni tempore, in primis autem nostro, qui existimarent nondum sufficere iuuentuti uitae civili aut aulicae destinatae haec tyrocinia academico-politica, sed aliis institutis opus esse ad firmandos eorum animos in prudentiae ciuilis publicae doctrina et usu. Et recte quidem si in genere illud affirimes, tribus enim potissimum mediis rite perficitur studii politici cursus. Inchoatur 1.) doctrina, excolitur 2.) conuersatione cum Proceribus et Legatis, et peregrinatione prudenter suscepta, absoluitur 3.) usū o Ast cum Viri Patriae salutis studioſissimi intelligerent, nec peregrinationum, vt in aliis ita etiam in hoc negotio non adeo

•) Quod in primis a cf. SCHMAYSTO fieri aſſolet.

o) Recte & sine partium studio de la Sarraz du Franquesnay c. I. p. 106. quatuor commendat media inquiens: La premiere, de ces voyes est celle des Ecoles publiques par rapport aux pays dans les Universités des quels il y a des Professeur en Droit public (sub quo Galli etiam plerumque doctrinam politicanam complectuntur) Quoique on s'acheve fort bien que ce que l'on y apprend la desfis ne soit jamais capable de former feul un Ministre, il ne faut pas s'imaginer que ce moyen soit inutile . . . La seconde voie est celle de la lecture des Traité . . . La 3ième voie est celle de la reflexion de la meditation & des conversations . . . La 4trième c'est celle de la Pratique ou les autres connoissances reçoivent le sceau de leur achievement par l'experience.

adeo apud omnes tantos intellecūtus quantos expeccārunt; praeterea cum difficile admodum sit, nec omnibus liceat, ex Proceribus et Legatis, ea exquirere quae ad prudentiae ciuilis publicae usum faciunt; de aliis modis cogitarunt, quibus adaugeri possit prudentiae ciuilis publicae doctrina. Varia itaque excogitarunt nova instituta, quorum unum alterumque nunc expendam. Et primo qui-dem D. GOTTLIEB SAMUELIS TREUERI cultae de Academiae politicae instituto, a principibus summis tentato, in usus academicos convertendo; Observatio mentionem faciam p. Dein consilium adducam, IOH. ADOLPH. HOFMANNI in egregio *de Republica* libro 4. „Ne Viri sapientes, inquit, ingens thesaurus Imperiorum deficiant seminarium Reipublicae instruendum videtur in quo Iuuenum solectioris indolis certus numerus ad futuros Reipublicae usus formetur.

„Hic

p) Extat illa in Annal. Acad. Julie Semestri XI. p. 131. Sed parum prodebet adverſariis hac cl. TREVREI observatio, totus enim in eo est ut ostendat, mandationem ad veram solidamque prudentiae ciuilis indolem non requirere peculiaria in Republica seminaria, sed ea expectari posse ab academiis modo & docentes & discentes strenue faciant, quod sibi est officii. Referit itaque ex BYRNETO & LARREIO, partim ea quae Heinricus VIII. de instituenda noua Schola politica agitavit consilia, partim illa quae tentata quidem fuerunt sub Ludouico XIV. a Marchione de Torcy, sed ad effectum non perdida fuerunt. Interim Academia huius Politicae ideam cl. TREVREVS fundimenti loco ponit & egregie ostendit, singula hac quoque in Academiis nostris traduci posse, exceptis tantum iis quae in rebus nouissimis a Legatis, statutis secretariis, aliisque Academia Parisiensi politice & bministrari debuissent. Interea illud principibus nostris commendat ut euren, quo studia literarum in usus politicos vergentia in scholis suis generationi cultu efflorescant, ut docentes & discentes largioribus stipendiis alantur, & lauissima librorum supellex colligatur, omnibusque ad promouendas scientias in primis patet.

¶ L. IV. cap. X. p. 216. edit. lat.

„Hic cum duplex sit pacis ac belli in duas classes haec  
„Academia discriminabitur, vna quae iuuenes pacis, altera  
„quae belli artes doceat illos quibus ad bellum prompta  
„esse videntur ingenia: ita tamen ut vna classis alterius  
„Magistris pro libitu uti queat. Ad pacis negotia per-  
„tinent praeterea quae iam supra commemorauimus, sci-  
„entia Iuris Naturae, Patriae eiusque conditonis intima no-  
„titia; vicinorum denique populorum linguarumque  
„Europaearum, doctrina morum insuper et administra-  
„tionis civilis, quae singula illustrat et perficit historia.  
„In hac ego multum iuuenibus illis diligentiam ponen-  
„dam esse arbitror, et in primis in vniuersali, vbi non mo-  
„do res gestae, sed causae etiam, modus, exitus, circum-  
„stantiae expendendae sunt, & ad praesentem Rēpubli-  
„cam nostram accommodandæ, quod simul rerum pa-  
„triarum historiam efficiet accuratiorem, veræque pruden-  
„tiae tum *domesticæ* cum *publicæ* et ciuili viam ape-  
„riet &c. Haec HOFMANNVS. Ast quid opus nouo  
hoc istituto, nonne nostræ Academiae sunt eiusmodi  
seminaria Reipublicæ? nonne illæ scientiae quas com-  
mendat HOFMANNVS v. g. Ius naturæ, Historia Pa-  
triae, Doctrina morum, Notitia Rerum publicarum, Lin-  
guæ Europeæ, Politica, Historia vniuersalis abunde  
in illis docentur? nihil itaque ex HOFMANNI con-  
silio noui emolumenti iuuenibus qui ad studia politica  
animum adpellunt accedit, quippe qui omnia illa quæ  
desiderat in Academiis addiscere possunt, dummodo  
pru-

prudenter studiorum rationem ineant<sup>r</sup>. Tertius quem nunc excito est CHRISTIANVS WOLFIVS seculi nostri Philosophus longe celeberrimus, qui in libello quem de vita ciuili et politica composuit<sup>s</sup>, emendandae doctrinae de prudentia ciuili publica curam in Societatis alicuius literariae, quae nostra aetate etiam Academiarum nomine ornantur, transfert. Sed pace Viri celeberrimi quod dixerim, doctrinae academicae de prudentia ciuili publica, et institutioni Iuuentutis, nec ex hoc instituto multum auxilii, nisi ex eo, quando docentes noua ista inuenta societas literariae, quam commendat, in usus Auditorum conuertant. Membra enim eiusmodi societatis in inuestigandis tantum nouis inuentis politico oeconomicis occupantur, non autem in erudiendis Iuuenum animis, et in praeparandis iis ad usus publicos, quippe ad quod negotium et lauta quibus fruuntur stipendia, et meditaciones sublimiores quibus occupantur, eos, admodum difficiles reddunt; Requiruntur praeterea Viri, ad tales societatem qui totius prudentiae ciuilis publicae ambitum mente iam tenent et de incrementis doctrinae vnicce sint

E

solli-

r) Et id est quod [cl. TREVORVS latius] deduxit c. l. p. 142 seq.

s) S. die Gedanken vom Gesellschaftlichen Leben der Menschen und dem gemeinen Wesen p. 249. §. 306. Aus eben der Ursache, weil die Academie der Wissenschaften alle Wahrheiten sammeln, und durch neue Erfindungen vermehren soll, so muß sie alle Einrichtungen, die man in einem Staate hat, sie mögen Policey, Cammer oder andere Sachen betreffen, so sorgfältig als andre Wahrheiten untersuchen und durch genaue Ueberlegung erwegen &c. &c.

folliciti. Supereft itaque vt ad aliud institutum accedam, quod eft ill. MOSERI, superiori anno Hanoviae promulgatum. Cum enim Senex venerandus uarias paſſim de neglecta doctrina politica mouiflet querelas, procul dubio intellexit necelē eſſe vt qui tulit consilium, ferat etiam auxilium. Fateor, diu me ancipitem tenuiſſe consilium, cum de eius instituto mihi iudicandi imponeretur necessitas. Non ſolum enim Vir eximius experiundo in Academiis didicit, quae fit tradendae prudentiae ciuilis publicae ratio, ſed et, uariis multiplicibusque experimentis cognitos perſpectosque habet in negotiis publicis agendi modos, rerumque tam quae in Ecclesia quam Republica geruntur eft peritissimus, quarum notitiam indefeffo ſtudio fauente Deo ſibi parauit. Aſt ingenue, vt ſoleo, ſententiam meam de eius instituto dixi, t. quam etiam scriptis suis inſerere haud dedignatus eſt<sup>v</sup>. Pauca itaque ea de re tantum nunc addo libereque profiteor. Eius institutum nec ad institutionis academico-politicae, nec ad societatis literario-politicae formulam, vti mihi quidem uidetur, adhuc componi poſſe. Quibus enim prima ſcientiarum, quae ad prudentiae ciuilis publicae indolem, ſpeſtant fundamenta defunt parum ex instituto proficient. De his autem tradendis, in idea quam de instituo dedit, al- tum silentium. Quod ad alterum attinet, ſatis quidem  
cl.

t) in der neuen Europ. Fama P. 167. p. 825 ſeq.

v) in der wiederholten Nachricht von einer Staats- und Canzley-Academie. p. 41 ſeq.

cl. MOSERVS speciminibus Hanoviæ haētenus editis, docuit, eum dignissimum eiusmodi Societatis literariae, quæ nouissima etiam rerum in Republica & Ecclesia gestarum monumenta oculo politico perlustrat, esse mem- brum; sed vbi sunt reliqui socii qui eadem præstant. In speciminibus quæ haētenus edidit, neminem nisi filium inuenio qui paria tentare velit. Sed fatis de his, ne vel ex inuidia odio ambitione alioque prauo affeētu scripsisse videar. Non is sum qui credat omnem sapientiam & diuinam & humanam, Academiarum aut scholarum can- cellis contineri. Latent quandoque alibi qui longe præ- stantiorum eruditioem sibi pararunt, quam excellentissimi & famigeratissimi Professores in Academiis. Sed latent quoque non raro in Academiis Viri qui maiorem conscientiæ quam famæ rationem habent, qui que acutissime eos pervident, qui nil nisi oracula crepant. Maior in Academiis in proponenda doctrina & scriptis euulgandis requiritur cautio & attentio, adsunt qui nos vbique ob- seruant, qui inuitos nos quandoque ab erroribus retrahunt, quando soli sapere nobis videmur. Persæpe tan- dem optauit, vt Viri qui post exantatos labores ciuiles secessum querunt, vel eruditii vsu etiam periti & qui idem agitant consilium in Academias commigrarent, & consiliis suis & politicos dogmaticos & iuuenes futuris vīsibus Reipublicæ præparandos adiuuarent. Egregium hoc foret medium; alterum proficiendi modum in Pru- dentia ciuili publica, qui est *Conversatio*, quique omnino

in Academiis deest, introducendi. Sed ad pia, hoc quoque forsan spectat, desideria.

## §. XIII.

Nihil itaque supereft quam vt ex his quæ proposui nonnullas Conclusiones eliciam in Prudentiæ civilis publica doctrina academica admodum necessarias. *Prima* itaque sit, omnem Politicis dogmaticis dandam esse operam ne præstantissimæ & nobilissimæ artis traditionem & culturam eripi sibi patientur. *Altera* vt medium teneant in illis quæ doctrina academica & quæ vſus rerum vnicē sibi vindicant. *Tertia* veniam dandam esse Politicis dogmaticis quando in controuersiis Potentiorum vetus illud, *Non liquet* nonnunquam adhibent. *Quarta* vt omnia impedimenta remoueant quæ in excolenda hac doctrina nobis obstant. Varia sunt illa impedimenta, quatuor autem potissimum adducam quibus maxime in hac doctrina premimur. Et *primum* quidem *impedimentum*, quod mireris, in ipsa doctrina latet. Ea enim illius est conditio vt non solum difficilis, sed & odii inuidiae periculique plena existat. Prudens politicus recte prudenti medico comparatur <sup>x</sup>. Vitia itaque status quandoque sunt detegenda, quod dolet, fumos aularum & ministrorum non raro ostendere necesse est, quod odium & inuidiam excitat. Recte quoque adnotauit cl. TREVERVS <sup>y</sup> quod ratio status ſæpe non ferat, vt politicæ doctrinæ lumina ciu-

<sup>x)</sup> Vid. Aristot. L. I. Ethic. Nicom. c. VI.

<sup>y)</sup> c. I. p. 135.

um oculos illustrent iisque viam declarant altius in Principum procerumque aulae actiones penetrandi. Hinc illud mature nobis occinunt: *Manum de tabula*. Observarunt præterea Viri acutissimi et eam temporum nostrorum conditionem esse ut arbitraria et absoluta velit imperia, quæ sana doctrina prudentiae ciuilis publicæ temperat. Difficillimum itaque nostro in primis tempore, ut in doctrina hac Scyllam & Charybdis, *Machiavellismum* & *Monarchomachismum* evites, quippe quorum uterque Reipublicæ vitalia exedit. Alterum impedimentum in docentibus querendum, qui non raro moniti illius prudentissimi; nec temere, nec timide, immemores hanc doctrinam negligunt, nec strenue defendunt, licet officii, conscientiae & temporis ratio eorum aures vellicet. Tertium impedimentum discendentium est, qui inter molles Academiarum delicias duram illam quam sapientes de doctrina nostra effingunt ideam a

E 3

&amp;

a) CLERICI Parrhasiana p. 211. & cl. TREVERVS in Commentatione quam sub titulo: Monstrum arbitrii iuris territorialis a LL. Imperii è Germania profligatum in 4to edidit: ubi sub initium inquit: *Torus fere orbis terrarum factus est HOBBSIANVS*: adeo imperium non dicam despoticum, falem absolutum & arbitrarium ubiuis loci defendi commendari exerceri solet, &c. &c. et que sunt reliqua lectu digna.

a) Prudentem Virum definimus Virum bonum & in publicis priuatisque negotiis, solide sapientem, qui nihil temere aut trepide omnia caute & consenserit agit & statim presentem ciuitatis tuerit. Cuius peccus generoso honesto incoetum pietatem tanquam omnisi felicitatis & vita beatae matrem colit, omniaque consilia ad facio sanctam vera Religionis ancoram alligat strenuus ubique vindicis litibus minuendis fludet, quæ primo domos, hinc gentes & familias, ac postremo ipsos ordines in factiones

& animis imprimere, & moribus iam in Academiis exprimere refugiunt. *Quartum* denique *impedimentum* est vana illa ac impia perusatio: doctrinam prudentiae ciuilis publicae absq; diuinæ Prudentiae & verae religionis cultu posse tradi, addisci & exerceri. Quam exigua autem etiam in publicis negotiis est sapientia humana: quum arcte in Ciuitate Ecclesia & Respublica cohærent, quibus motibus vtraque nunc agitatur, a Politico probe ponderandis. Candide itaque & ingenue colat omnis Prudentia ciuilis publicæ cultor Pietatem, non illam quidem quam autores classici nobis commendant, nec illam quæ nostro imprimis tempore Politicis sub vario schemate imponere cupit, sed illam quam sacrae literæ & purior ecclesia nobis commendat b: quæ τὸ μαστήσιον τῆς πίσεως, ἐν καθαρῷ συνειδήσει seruat, quæque cum Dauide perpetuo ingeminat. Institue me Iehovah in ratione tuorum decretorum ut ea prorsus exequar. *Pf. CXIX.*, 33. Paucis vt cuncta complectar finio verbis Conringianis c: Et dogmatici requiruntur scriptores qui in locandis fundamentis totius actiuar Philo- sophiae, quo nostra imprimis quoque doctrina spectat, oc- cu-

stiones perniciosissimas distrahere solent. Fides ei precipuum humani generis est bonum quam aut sociis aut hostibus, fallere nefandum censet. Sero prandere noctes insomnes ducere, quin vitam ipsam qua nihil dulcius est pro libertate & bono publico profundere non veretur. vid. *E. OTTONEM* in *Præfat.* ad *Notit.* *Rerumpubl.*

b) *v. DANHAYERVS* in *Proœm.* Pol. lib. add. *P. CINAEVIS* in *Proleg.* Libr. de *Respublica Ebreor.*

c) in *Diff. de civili prudentia* §. 2.


cupentur, & parænetici qui ad virtutis studium nos incitent potius, quam de eodem acute discere doceant, & denique ii qui Deo ipso doctore fastigium toti imponant struc*t*uræ modumque ostendant, quo non ad hanc tantum ciuilem & temporariam felicitatem, sed alteram etiam illam æternam & interminabilem beatitudinem cum Deo propitio pertingere queamus.

## COROLLARIA.

- 1) Non opus est *Grammatica politica*, quam nonnulli nostra ætate effingunt.
- 2) Literarum humaniorum & Philosophia studium necessarium omnino est Politico, ut ei autem totum se tradat, a scopo alienum est.
- 3) Mature Politicus Theologiam naturalem & reuelatam coniungat, ne in Atheismum aut falsam Prudentum Religionem incidat.
- 4) Fallitur Hobbesius; quando inter rebellionis causas maximas numerari posse statuit, librorum politorum quos scriperunt veteres Græci & Romani, electionem.
- 5) Historia ecclesiastica ita tradenda est Politico, vt ad habitum religionis christianæ ad vitam ciuilem & contentionem inter Imperium & sacerdotium magis, quam ad alia respiciat.

6) Re-

- 6) Recte *Cleobulus apud BARCLAIUM* in Argenide L. III.  
 c. 12. ait: Maiores nostri res suas ad seculi, quale tunc erat genium, curauere; nobis pro diuersitate temporum, in quæ incidimus, interdum pro salute est a mente eorum & consiliis abire: ut & profanæ superbiæ putem vbiique avitam negligere prudentiam, & absurdum reuerentiaæ genus quod nos perpetuo eorum institutis velit addicere.
- 7) Non nisi duo fontes sunt Interpretationis realis iuridicæ: Ius naturæ, & notia status historico - politica v. l. 6. ff. de J. & J.







Leipzig, Diss., 1750

ULB Halle  
007 012 837

3



TA → OL


vDn8





B.I.G.

Farbkarte #13



DE  
DOCTRINA  
PRUDENTIAE CIVILIS PV-  
BLICAE IN ACADEMIIS,

PRO LOCO

I N

AMPLISSIMA FACVLTATE PHILOSOPHICA  
OBTINENDO

AD D. 30 SEPTEMB. A. MDCCCL.

PRIMVM

D I S P V T A B I T

M. GOTTLIEB SCHVMANN,  
GORLIC. LVSAT.

LIPSIAE,  
APVD GEO. WILH. POUILLARD.

